

Humanissimo, Doctissimoq; Viro Dño Johanni Hefse
Canonico uratislav. collega, Amico ac fratri
in Christo charissimo p̄o Eobano Hefse.

De a^o 1522. 39/

46 177 X

P. sum proficisceretur ad te, doctissime, atq; charissime Hefse,
Michael Nosseng, homo et ingenio, multaq; eruditione
prostant; tibi vero sic charus, ut nesciam, an chariorem
unquam habuerim, non potui ei si nihil ad te literarum
dare, ad hominem tam amicū mihi, tam candida facio
probatum predicatumq; ab omnib; Tamen quod scribe-
rem materia penē nihil fuit: tamen hoc ipsum, quod sc.
nihil esset, quod scriberem, scribendum putavi. Quod vitium
nulli mecum commune est, qui ubi multa vel nolint vel
non possint, eum velut colorem negligentie proterere solent,
nihil habere se, quod scribant. Vides n. et meipsum nunc
dum et vitium meum fateor, et alios mecum in calūniam
traho, habere hoc interim scribendi argūmentū. Quod
tamen longius non prosequar, ne scilicet illud in me
jacias: Ex tūmulo Olympū. His enim arbitror, poetam
esse me, h. e. ex eo genere hominum, quib; maxima
de nihilo nascatur historia. Sed hoc joco, quod si serio acce-
peris, officio meo satis videbor functus. Quid igitur addam
nisi hoc? Te valere, tibi ex animi tui sententia quam
foelicissime efficere succedereq; cupio omnia, Mi cha-
rissime Hefse, vehementer. Nam ab eo tempore, quo
primū mihi tua singularis eruditio, tui candidissimi
mores, summa tua humanitas, sunt perspecta, sic ha-
sisti huic animo, ut tam ex longē absens, nempe locorum
injuriā, tamen vix unquam abfueris. Quē locū

me quoque tenere apud suam charitatem haudquaquam diffi-
cilio, mihi persuadeo. Supra igitur literis fieri certior,
et quid rerum novarum vobis imineat. Nam Turcam no-
vari ajunt Slesivis oris, quod deus avertat. Nos hic Eglo-
toto nos damus, si forte imminentem istam avertamus.
Vides enim, mi Hesse, quae à Prophetis et ipso Christo pra-
dicta sunt, non imminere modo, sed et adesse quotidie, deus
avertat illam in loco sancto jam dudum statem ab omni
nationem! et faciet dubio procul, modo ad eum, qui nos
iudicem vocat, non vertamur, et vivamus per Christum Je-
sum Dominum nostrum, extra quem non est salus. In quo
bene vale, mi charissime Hesse, et me ama. Commendo
tibi Michaellem meum, in eum, quicquid in me velles,
studiorum et humanitatis conferas oro. Scripsi citissimus
Da veniam. Ephorica altera fidei. M. D. xxii.

Tuus Eobanus Hessus.

40/

Acta Ewingli Episcopi Tigurini cum Legatis
Helvetiarum Constantiensis.
ad Erasmum Roterdanum
año 1522.

Acta Tiguri 7. 8. 9. diebus Aprilis per Rev. Dn. Constant.
Legatis suffragante Johanne Vannio (qui tamen invitum se in
negotio interfuisse. J. et N. Brendly cum Hedericho Ewinglio
Tigurinorum Evangelista coram sacerdotum Senatorumque
ordine.

Cum septima die Aprilis ad urbem nostram praedicti Patres ma-
turius venissent, nec ego ignorarem venturos, captabam quod
illi consilii caperent, resere tamen nequivi usque ad interpositam
ferè noctem, quae Henricus Query Diaconus noster charissi-
mus veniens admoneret Notarium (quem vocant) in crastinum
dilectulum cogere universum sacerdotum ordinem ad Cano-
nicorum locum consuetum: Ego hoc felix aspiciam operatum
quod res per cursum egregie non claudum tamen illepidum

coepit